UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Ausonio Correctori. 120.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

pientiſſimum opificem referre. Hæc enim non animantium in ſui cõſeruatione prouidentiam declarant (ſiquidem eorum natura imaginatione, non ratione vtitur) verùm naturam eam, quæ anima regit ac moderatur. Etenim animalia ingenio ac mente nihil efficiunt: at natura illa variorum generum effectrix cuique animanti ad ea, quæ ipſi vtilia ſunt, numeris omnibus abſoluenda impetus atque appetitiones inſerit.

Auſonio Correctori. 120.

Ad eorum, qui paupertate, vel alicuius potentia premuntur, deprecationes, apertas aures habe, vir admirande: per lenitatem ac facilitatem, iis etiam, qui tardiùs locuti ſint, ad loquendi viam ducem te præbens. Contrà ad maledicorum & calũniatorum fictos ſermones eaſdem clauſas atque inuias cuſtodi, eorũ ad improbè lo-
Eccl. 7. quẽdum impetum per toruũ atque horrẽdum aſpectum coercens ac reprimens.

Theoni Epiſcopo. 121.

Zoſimum & Palladium, Maronem item & Euſtathium, alióſque, quos enumeraſti, qui pietatem ita eiurarunt, atque ſacerdotij dignitatem contumeliis affecerunt, non tam accuſarim, quàm Euſebium qui omnibus iſtis cauſam præbuit. Nam niſi ipſe illis ſacerdotium, vt ais, vendidiſſet, in tantum ſcelus illi haudquaquam ſeſe deuoluiſſent. Nam etiamſi priùs quoque, quàm in ſacroſanctum ordinẽ cooptarentur, flagitioſiſſimi ac ſceleratiſſimi eſſent: tamen non idem eſt laicum peccare quod ſacerdotem. idque ex lege perſpicuè conſtat. Tantum enim ea pro Sacerdote peccante ſacrificium offerri præcipit, quã-
Leuit. 4. tum pro vniuerſa plebe. Quòd ſi par non eſſet peccatum, idem vtique ſacrificium minimè indixiſſet. Maius porrò peccatum efficitur, non ob naturam, ſed ob perpetrantis dignitatem. Nam qui id ſibi ſumpſit, vt aliorũ mores componat ac moderetur, ſi ipſe labatur, maius ob dignitatis

μα. ταῦτα γὰρ ἐμφαίνει, οὐ τὴν τῶν ζώων τῆς οἰκείας διαμονῆς πρόνοιαν. φανταστικὴ γάρ ἐστιν αὐτῶν ἡ φύσις, οὐ λογική. ἀλλὰ τῆς τὰ ὅλα διοικούσης φύσεως. τὰ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐργάζεται διανοίᾳ. ἡ δὲ ποικίλων οὖσα γενῶν δημιουργὸς, τὰς ὁρμὰς ἑκάστῳ ἐνδίδωσιν εἰς τὴν τῶν συντελούντων ἐκπλήρωσιν.

Αὐσονίῳ κορρίκτορι. ρκ.

Πρὸς μὲν τὰς ἱκεσίας τῶν ὑπὸ πενίας ἢ δυναστείας πολιορκουμένων, ἀναπεπταμένας ἔχε καὶ ἱππηλάτους, ὦ θαυμάσιε, τὰς ἀκοὰς, διὰ τῆς ἡμερότητος, καὶ τοὺς βραδύτερον φράζοντας ὁδηγῶν ἐπὶ τὴν τοῦ λέγειν ὁδόν. πρὸς δὲ τὰς τῶν κακηγόρων καὶ συκοφαντῶν λογοποιΐας, κεκλεισμένας ταύτας καὶ ἀβάτους διαφύλαττε, διὰ βλοσυροῦ βλέμματος ἀναστέλλων αὐτῶν τὴν ἐπὶ τὰ χείρονα λέγειν ὁρμήν.

Θέωνι ἐπισκόπῳ. ρκα.

Οὐ Ζώσιμον καὶ Παλλάδιον, Μάρωνά τε καὶ Εὐστάθιον, καὶ τοὺς ἄλλους, οὓς κατηριθμήσω, τοσοῦτον ἂν ἔγωγε αἰτιασαίμην, οὕτως ἐξορχησαμένους τὴν εὐσέβειαν, καὶ εἰς τὴν ἱερωσύνην ἐξυβρίσαντας, ὡς Εὐσέβιον, τὸν τούτοις ἅπασι τὴν αἰτίαν δεδωκότα. εἰ γὰρ μὴ αὐτὸς αὐτοῖς πεπράκει, ὡς φὴς, τὴν ἱερωσύνην, οὐκ ἂν ἐκεῖνοι εἰς τοσαύτην ἐξώκειλαν κακίαν. εἰ γὰρ καὶ κάκιστοι ἦσαν πρὸ τῆς χειροτονίας. ἀλλ' οὐ ταυτόν ἐστι, λαϊκὸν ἁμαρτάνειν καὶ ἱερέα. καὶ δῆλον ἐκ τοῦ νόμου. τοσαύτην γὰρ προστάττει θυσίαν ἀνάγεσθαι ὑπὲρ τοῦ ἁμαρτόντος ἱερέως, ὅσην ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ. εἰ δὲ μὴ ἦν ἀντίρροπος ἡ ἁμαρτία, οὐκ ἂν τὴν αὐτὴν θυσίαν ἀνάγεσθαι ἐθέσπισε. μείζων δὲ γίνεται, οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ τοῦ δρῶντος. ὁ γὰρ τοὺς ἄλλους ῥυθμίζων εἰ πταίσειεν, μεῖζον ἀπὸ τῆς ἀξίας ἀποφαίνει τὸ πταῖσμα. εἰ τοίνυν ὁ δοὺς τὸ σπέρμα τῶν

φυτῶν